



**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1682**

27. Dies Octobris. Stans in terra, in ølo es, diligis Deum. S. Augustinus in  
psalm. 85.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

## 854 Christiani Militis

Octo-

omnibus perfectus est numeris, dixit Isaac apud Cassianum. Tunc Dei perfecta dilectio, quā prius nos dilexit, in nostri quoque cordis transferit afflum. Ecce, cūm omnis amor, omne desiderium, omne studium, omnis conatus, omnis cogitatio nostra, omne quod volemus, quod loquimur, quod speramus, Deus erit. Hoc demum est esse Dei, & quod sequitur, sui. Quoniam posset cor nostrum eructare verba illa bona quae olim tota jam Dei, D. Scholastica, quoniam amantium Dei schola. Sie ipsa. Nescio quid mihi Deum fecerit, sed scio, quod nihil possum amare præter ipsum in hac miserā vitā. Nihil amare in terris præter Deum, est fabricari sibi in terra cœlum. Hoc tibi fideat.

*Ut sis ipse tui, sit Deus ipse tuus.*

## 27. DIES OCTOBRIS.

Stans in terra, in cœlo es, diligis Deum, S. Augustinus  
in psalm. 85.

Amantis I.  
Deum felicitas.

Tiam in terris, Amor est faber cœli. Miraris Amorem fabrum? Filius Dei, olim dictus (<sup>a</sup>) fabri filius, Amoris Divini est Pater. In cœlo nulla est tristitia, sic nec in terris, amantis Dominum cœli, Habeo hujus rei fidejussorem D. Nicolaum Tolentinum, fierine potest, ut homo quis servit Deo propter Deum, possit esse Melancholicus in hoc mundo? Exulat omnis melancholia, ex Divini Amoris Monarchia. In cœlo torrens voluptatis: hoc torrente etiam hic potatur, qui qui est sitiens Charitatis. Testem cito hujus Veritatis D. Schol-

(a) Math. 13.55.

Octob.  
aac apu  
i priori  
affellum  
e studiu  
neod rati  
eru. Ho

Our  
illa bona  
que fui  
mbi Deu  
eternitatem  
ris praec  
oc tibie

RIS.

ugustine

est faba  
fa bruma?

(a) fabri

Pater, la

nantibus

jusforem

ut homi

lancheb

holia, et

ens vo

quiliqua

Venitiam

D.Scho-

Octob.

Tessera.

855

D.Scholasticam. *Os sciremus solatia, & delicias, quæ Deus abscondit diligentibus, & servientibus ei, mundus effet nimis parvus, ad comprehendendum eos, qui illi serviunt.* His affinia dicit S.Laurentius Justinianus. *Deus abscondit excellentiam Religionis, hominibus, alias totus mundus non effet nisi unum Monasterium.* Vertex felicitatis in cœlo, est videre Deum; Apex felicitatis extra cœlum, est spes videndi Dei, suffragatur mihi Blosius. *Unicum & verum solatum bone anime in hoc mundo, est spes semel videndi Deum.* Quis ergo, ut extra cœlum inveniat sibi cœlum, nolit toto corde diligere Deum, cum inde ipse reddatur deterreno caelestis & fiat illi de terra cœlum? Quæris qui te ad amorem excitent stimulos, acuant aculeos? Expende sequentes rationes.

II. Quid non agendum homini, ut suadeat homini Amorem Dei? Quot scribendi libri, quot adserendæ rationes, quot excogitanda argumenta, quot habendæ conciones, quam horribilia intentanda supplicia, quam incredibilia promittenda præmia? Et hoc ut suadeatur res omnium rerū, facillima, utilissima, jucundissima? Res quam natura docet, Ratio suadet, Deus jubet, tota rerum universitas horretatur. O homines vix homines? Quid si summae esuriensi proponatur mensa exquisitissimis ferculis opipare instructa: si avaro præ pedibus jaceat aurum cumulus, argenti acervus, congeries geminarum, oportebitne vel è Græciâ accersere Demosthenem, vel ex Italia evocare Tullium, qui huic ut thesaurum tollat, illi ut cibos sumat, multis gravibusque allatis rationibus, suadeat? Tamen ut quis persuadeat homini Deum esse amandum, proh! quanto opus

Hhh 4

est

*Christiani Militis* Octob  
est molimine. Adeone inamabilis est amor : Qu  
ibi sum ipse, (ait Augustinus) ut amari te jubeam  
Et nisi faciam, irascaris mihi, Et mineris ingentes  
rias? Parvana ipsa est miseria, si non amemus? Par  
Profectò miseria major, nec ab homine timeri, ne  
ab Angelo excogitari potest, quam non amare De  
um. Sicut enim amare Deum, in terris est cœlum, si  
non amare, est Tartarus.

III. Ut suis momentis ponderes Dei in nos am  
rem, trutina illa verba Christi. (a) Sic Deus dilect  
mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut amans  
qui credit in illum, non pereat. Sic Deus dilexit. Sc  
tam fortiter, tam effusè, tam ardenter, tanta æfimi  
tione, tanti illum fecit. Deus; illa infinita Majestas,  
nullius egens, sibi sufficientissima, qui verbo creavit  
omnia, cui tot Myriades famulantur Angelorum;  
*Mundum*, humanum genus, infimum naturæ ratio  
nalis terminum, brutis animalibus affine, terrenus  
addictum, cælestium inane, immundum, ingratum,  
inimicum, rebelle, in quo nihil dignum amore, plu  
rima digna odio, & suppicio, *Filium suum Unigeni  
tum*, naturalem, consubstantialem, ejusdem Maj  
statis, Potestatis, Sapientiae, excellentiae, quem in  
finito dilexit amore, cur totam suam substantiam  
una cum omnibus suis perfectionibus ab ætero  
communicavit. *Daret*: in Rectorem, in Magistrum,  
in exemplum vitae, in resurrectionem, in pretium,  
in satisfactionem pro peccatis, in thesaurum pe  
petuum, in iuges sacrificium, in Sacerdotem æter  
num, in panem vitae sempiternæ, in alimentum  
immortalitatis, in pignus futurae gloriae, in Regem,

Judi

(a) *Ioan. 4.9.*

Judicem, & Remuneratorem, in gloriam, in trium-  
phum cœlestis gloriæ, Daret: ad unionem nostræ  
naturæ, ad nuditatem, paupertatem, ad labores, &  
incommoda hujus vitæ, ad contumelias, & perfe-  
ctiones, ad alapas, & sputa, ad flagella, & spinas, ad  
omne genus probrorum, & dolorum, ad crucem,  
denique ad mortem. *Ut omnis qui credit, &c.* To-  
tum id fecit, ut nos ab exitio sempiterno, cui addicti  
eramus, eriperet, & externâ vitâ donaret: nec à nobis  
requirit aliud, quam ut credamus in Filium, eique  
serviamus, & diligamus. Qui sic, & tantum te di-  
lexit, neandum ingratè vel tantillum diligis? Imò Do-  
mino cœli præfers pauxillum terræ? Verè

*Urit amor cæcus, non est amor arbiter æquus,  
Nam deformè pecus, judicat esse decus*

## 28. DIES OCTOBRIS.

Amor non amatur. *Jacobonus in vita.*

Maximus a - I.  
mantis est  
dolor, tam  
tarus in terris  
Dei amor.

**N**on amari summum Bonum, ad amaras lachrymas compulit Jacobonus. Fuit is ex Seraphicâ Divi Francisci Familiâ, Vir præcellens sanctimoniam. Qui cùm videret tantam esse amantium Deum, qui est Charitas, caritatem, ut erat ipsi Deus charissimus, incedebat mæsto, & in solum dejecto vultu, non sine copioso fletu, ac oris planctu, & cordis luctu. Alii per compita ei obvii, cùm viderent genas tam uberibus perfusas lachrymis, toties gementem, singultiem, ac præ mæroris magnitudine, tantum non examinem, ab eo studiosè quærunt: ecquid ita ploret, quid deploret, cur tam copiosæ in oculis lachrymæ,